



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Provincia Mexicana

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68850)

PROVINCIA
MEXICANA



ENTVM. circiter & quinquagin-
ta quinque exercentur in Mexica-
na Prouincia. Mexici septuagin-
ta. Angelopoli nouemdecim. Val-
lisoleti sex. Tepozotlani, vbi nunc
Probationis Domus, triginta. In op-
pido Verae Crucis, Pascuariq. octoni. Manilla ad
Philippinas sex. Totidem missi in Nouam Galæciã.
Ingressi Societatem viginti quattuor. Sex emigra-
runt e vita. inter quos, priore anno Pater Ioannes
Dias sciens linguæ Othomitanae, quæ vt in his regio-
nibus vtilissima, ita etiam difficillima. Hic, in extre-
mis, tanto voluptatis sensu afficiebatur ex illa una
cogitatione, quod in ea loca venisset, religionis propa-
ganda, vt diceret, si præcipi animo posset ab homini-
bus nostræ Societatis, fore vt permulti certatim ad
eas terras aduolarent. Ad vltimum vsque spiritum
pias preces extraxit. ac postremum recitanti
hymnum IESU REDEMPTOR Omnium,
ad eum explendum prius facultas defuit, quam co-
natus, aut voluntas. Posteriore anno obiit Pater Fer-
dinandus Soarius, in Philippinis: cuius funus Hispa-
nica nobilitatis studijs quam maxime celebratum.

COLLEGIUM. MEXICANVM

TRIPARTITA nostrorum est curae
 Hispanos. Indos: & qui virisque de
 Aethiopas. Ceterum in Hispanis fructus
 varius. Mulieres quattuor. vir. vnus, in
 nuntium remisere. Vnus impelli se ad emenda
 vitam hac voce audiebat. Abi ad Societatem
 quere cum vno. e sacerdotibus: vnum certum
 bat. Vnus e Ducibus militum, qui hic habent
 gerat confessionem totius vitæ. in hunc fer
 & temerarius scelopum explodit. nec festi
 plumbea tormento excussa penetravit lorica
 tumq. omnem: uerum perleui uulnere. hapi
 ma cute. Is deinde cum patrator facinoris
 se in fugam sclopo relicto, milites ultionis
 persequendo reuocauit. iussit etiam scelopum
 veniam dedit. hoc dicto. Omnia volo mihi a Deo
 sci, et homini nihil remittam? Aditur sape
 mium, & carcer. Ex hoc, vnus immodicus
 & obsequij insolens, ereptus, cum Prorex, et
 audierat in quadam concione admonitus. gratia
 cisset iniuriæ, qua erat affectus. Indus quidem
 alterum fraude ad meditamentum artis Magis
 legerat, hoc primum posito, ne Sanctissimum
 nomen ore proferret. et quidem stitit se dante
 erat iussus, sed ita truci uultu atque horrido,
 siue timore, siue assuetudine, IESV nomen
 minans, uenientem expulerit, uelut sagitta. si
 dicebat

dicēbat, cum factum narrabat, & uim Diuini nominis gratulans prædicabat. Gymnasium, ubi Theologia, Philosophia, Humanitatis studia, celebratur ab adolescentibus optimæ spei amplius quadringentis. eorum, duo Seminaria, & Congregatio Beatae Virginis. Theologia et Philosophiæ positiones publice defensæ. ad humaniores litteras excitati iuuenes pulcherrimo Dramate, & præmijs, quorum pretium aurei quadringenti. Vt Aethiopes doctrinam Christianam commodius a Patre Rectore doceantur, extructum Sacellum. Indorum quoque adolescentium claro genere excitatum Seminarium cum spe amplissimi fructus.

TEPOZOTLANENSIS. SEDES
& Probationis Domus.

TEPOTZOTLANVM nunc primum translati Nouitij, ad nostram disciplinam auidè instituantur. augent emulationem octo, qui explent probationem tertij anni. Mexicana interea, Oromitanaq. addiscitur lingua. nec pœnitet didicisse, qua statim ad usum confertur. Iam enim in his terris, Dei concessu, liberior fructus & amplior: cum perspexerint pulchritudinem Christianæ religionis, eamq. cupide amplectantur, quam antea refugiebant. Quamobrem quinta quaque & sexta ferijs Quadragesima se se acriter in templo diuerberant: singulis Dominicis uesperinam supplicationem obeunt. libenter audiunt de uitis Sanctorum, & Christi Domini excessu.

& quæ audierunt, studiose repetunt domi, ut illi
 memoria infigantur. Quin & gaudent non sine
 sensu in se transferre aliqua ex Euangelij dicta.
 Etq. cum alius se Lazarum dicit reuocatum ab
 feris: alius adulteræ imaginem referre, quæ Domini
 exoluit: alius optat se uti canem, saturari micis
 rili mensa cadentibus. Omnino ex sono orationum
 mi habitum spectes. Nec abest liberalitas. Feriali
 ta Maioris hebdomadæ, eoq. die, quo donata Eucha-
 ristia memoria sollempni pompa celebratur, quæ
 pauperes in nostro atrio opipare cpulati, primæ
 ciuitatis nostrisq. ministrantibus. et ingratis
 annona, magna vis frumenti ab illustri quodam
 bytero contributa: et aliqua a nobis collecta
 leuandam multorum necessitatem. ad ipsam
 Eucharistiam adeo pie & religiose accedunt, ut
 nascitur quidam in animo metus, & horror in cor-
 re) ut opinio sit, rebus, ut aiunt, confirmata, qui se
 eam rite perceperit, ad peccatorum maculas non
 uerti. salutari vero confessione ita dolenter se ar-
 atque integre, ut nihil faciant accuratius. Mihi
 quadam cum recumberet in lecto distenta morbo,
 ad confessionem se parauit, ut signis notisq. paleis
 quas interuellerat e tomento, in quo quiescebat, pec-
 cata distinguens, ea veluti haberet in numero, me-
 nia memoriter referret. Et inuenti sunt quibus Deo
 tribuit illud beneficium, ut eodem pane mortem
 liberaretur anima criminum vinculis, & custodia
 corporis. Quædam enim admirabilia in his locis
 sunt recens conuersi) Numen ostendit. Quædam
 11

ijs non ignorata a nostris, quoniam ad Dei pertinent
gloriam, compendio ponentur. Mulier quaedam duo-
decimum iam annum marito absente, in magna ino-
pia, & cognatorum affiniumq. negligentia miseram
vitam agebat: despiciebatur in calamitate, nec erat
qui opem ferret: cum demon interea eius castitati
consuetos dolos intenderet. at illa, antequam resol-
ueret pudoris iura, mori obstinauerat. Hisce in angu-
stijs, nocte vna, qua tempestate solitudo & tenebrae
intendunt animum molestijs, cum diurno confecta lu-
ctu sese demississet in lectum, & iaceret insomnis ma-
gis, quam peruigil, dolore victa, & conquirens sola-
tia, exurgit, & e cubiculo egressa in apertum locum,
suspensis oculis, caelum, vnde illi spes omnis, anxia su-
spectat. nox erat illunis & nubila, omnibus stellis ex-
tinctis, marori augendo. in cubile se recipit iterum, no-
tam somno medicinam quaesitura, quam fessa curaru-
tum, quoniam pridie vesperi de nostris, dum recitan-
tur exempla, audierat, Beatam Virginem opem fer-
re afflictis, nec inuocari frustra, praesentiamq. suam
arumnosae cuidam femina ostendisse: hac secum volu-
tans animo, lacrimoso vultu Dei Genitricem sic ap-
precatur. REGINA CAELI, Dei Mater
& Virgo, Mater Misericordiae, ne me solam ac deso-
latam relinque. Et tibi quidem est hominum cura,
quos filios non dedignaris, quos amantius foues &
complecteris, qua mulier qualibet partus suos. Quod
si qua me genuit, hac videret, iam mei, credo, mise-
resceret. at tu, Mater mea (ita te appellabo, quoniam
tu me filiam vocas) tu, inquam, qua plus humanis
paren-

parentibus potes pollesq. dissimulabis merorē mihi
 non succurres egenti? ad te recurrentis voces rep-
 diabis? si me deseris, quæ mihi vltra spes, & curā
 tuo? nam neque mortalis vita agi sine armo, n-
 æ, umna sine patientia recte ferri, nec patientia
 tuo patrocinio parari potest. Et memorabat hestere
 die sacerdos, te filiorum non obliuisci, & illius in
 lore felicis femina misertam. Quod si tuam carit-
 tudinem in filiis tuendis perpetuo seruas, & ego
 stituor, ergo filia non sum. Miserere, Mater, n-
 re. Dictura erat plura, sed lacrimæ spiritum & v-
 cem intercluserunt, ubi redijt spiritus, iam uiam
 spectat: per eius rimulas cum esset infusum, u-
 quasi Auroræ exorientis, mirabatur tam cito
 xisse, ea versans signotam mulieris vocem ex
 qua nomine conpellabatur, eius autem dulci-
 soni ita permulcebat aures animumq. ut omni-
 lor pelleretur e corde, omnes cura e pectore em-
 rentur. Cum nullum redderet responsum, uerbi-
 par presentis gaudio, rursū audit. Bono animo est
 lia, non ego te derelinquo. Dura, & presentem
 tiam futura in posterum letitiæ expectatione con-
 lare. Ego faxo, uideis, numquā te, maiori cura,
 mihi sis, matri tuæ esse potuisse. Cum sine huius
 tionis cæpit splendor imminui. Illa, cura humani-
 genij, aspicere cupiens, cuius fuissent ea uerba,
 accurrit. uidet in obscuro aere candidam lucem,
 paulatim decrescens, in tenuem desit lineam, cum
 postremo conspectum tenebræ abstulerunt. Et iam
 nunc læta narrat audisse se uocem Mariæ. *Virginis*
 illud

illud restare, ut fas sit contra faciem intueri. Ceterum grassante peste, magnam Indi pro se tulerunt pietatem, & eam patienter ferendo, cum opprimeretur, et adinuado oppressos. Et, quae iucunda erunt si innotescant, euenerere nonnulla. Mulier quaedam nobilitate perinde ut religione insignis, cum esset ad pariendum vicina, & peste contacta, non ita mortem se horrere dicebat, quam, quod venter cariturus erat Baptismo. Sed cum ex animi sententia obiigisset, ut puerum pareret adhuc spirantem, etsi moribunda, quibus poterat signis admonebat, ut statim baptizaretur. Hoc ubi factum, quasi ad illud usque punctum temporis distulisset vitam, in complexu iam Christiani filij lato vultu expirauit. Alia quaedam, firma adhuc & integra valetudine, cum ei obiecta esset domi species viri maiestate simul & etate venerabilis, cum viridi toga auroque & ostro distincta, aurea corona claro orbe pellucidum caput amplectente (Beatum Petrum Apostolorum Principem esse credidit, quem tota vita eximie dilexit) quasi inuitata esset ad alteram vitam, ad eam se comparauit: post triduo decessit. Iam quid dicam de altero, cui cum mors immineret, dolore relinquenda vitæ, more hominum angi cepit. conspicit interea, cum solus esset, in perspicua luce pulcherrimum adolescentem (Caestis fortasse erat custos) qui homini, ad leniendam molestiam, gemmatos ostendit, & aureos magna specie montes, per quos passim vagabantur letantes hominum chori, calcantes margaritas & monilia. hunc dicebat esse hortum deliciarum, illos, viros, qui Christianam

Strianam

stianam & piam uitam cum morte cōmutasset
 visum, cum alijs narrasset, iuuenis incensus cupido
 illuc abeundi, lato animo migravit. Hæc Diuina pro
 fus prodigia. At sequitur unum a diabolo. Oppidum
 extra est fanum peruetustum monstri cuiusdam, quod
 antiqui Indorum, in illis olim erroribus, ut Deum
 rabantur: non longe hinc Indus Christianus opus
 vicinum prædium institit ducere. cum operi ipse
 primulum moueri terra, dein vapor exurgere, et
 sordidam nubem cogi: quæ in altum ferri primum
 dein dilatari, & operire ipsummet circum, præter
 visebatur in nube imago Deæ, qualem fingunt
 eiusq. hæ voces ad aures ferebantur. Ingratus
 di, hæc mihi pro tãtis tamq. multis maiores expo
 stros beneficijs, merces debetur? qui se tales fingit
 quales vos estis, iamdiu exciso semine, vos nunquam
 essetis. Etiam ne ipsis puerulis sim ludibrio? sed
 erit impune. Hæc inter videndū audiendumq. In
 quod fit in rebus formidolosis, impressa Crucis sym
 tem munit, & Symbolum recitat Apostolorum
 finierat, cum caligo illa tenuata in fumum ac nebula
 abcessit. Hæc, & similia enarrata auxerunt Deum
 tum. Eam ob causam mulieres quedam ita tenues
 fuerunt pudicitia, & constantes aduersus meretricem
 vna, scissa veste, & contuso corpore maluerunt sangui
 nem funderi: altera virili prorsus audacia, petulenta
 iuuenem vi domo expulerit, in quam erat ingressa
 Sed quanto maius est, Christi causa, relictam potestatem
 in ditione habendi potestatem? Adolescens ex
 qua Indorum stirpe, ad quem Colula vrbis opulenta
 sima

simæ peruentura erat hereditas post mortem patris, relicta patria, permultos annos vagam vitam ignotamq. persequebatur cum domum reuerti statuisset, forte Tepozotlanum venit, hic, vbi nostrorum audiit conciones, viditq. quanto studio arderent Indi rerum caelestium, ipse quoque id facere constituit, eorum exēplo. Et quamquā audiuit postea de morte patris, seq. studiose conquiri, dimissis multis, vt susciperet dominationem: tamen veritus, ne si rediret in patriam, diuitiarum copia & dulcedine dominandi a recto aberraret: maluit hic ignotus egere, quam, si late dominaretur, asserre animæ detrimentum. Igitur operā suam sartori locauit per exigua mercede. hoc in seruitio post septimum annum, a Christo Rege, qui suos famulos tam large remuneratur, translatus ad Regnum caeleste, Patri nostro totius rei seriem, antequam moreretur, indicauit. Excursus est in varia loca saepe, et diu. interdum etiam quattuor quinque menses & eo amplius. persuasumq. multis, qui in latebris siluarum & concauis montium vitam agebant victu ferino, ut coniunctis vnum in locum casis, in vnum corpus coalescerent. quod ipsorum non tantum animis, sed corporibus etiam vtile fuit. nam qui saltuosos incolentes locos, immanitatem induerant, mitigati: et qui errabant haftenus, viuentes vt lubitum, priuati dulcedine, certis nunc finibus & legibus septi, experiuntur vtilitate communis societatis contineri salutem singulorum. Reducti permulti ad amorem parochorum, quorum iussa propter odium negligebantur. Catechismus sic explicatus, vt qui doctiores sunt, docēdi alios

in

in vicinis pagis prouinciam susceperint. raro reperitur domum, quae non interdum noctuq. strepat eiusmodi cibis praecepta Christiana discuntium.

ANGELOPOLITANVM. COLLEGIUM, & alia quadam.

IN ANGELOPOLITANO, Guaxacano, Vallisoleitano Collegijs, & in Sede V. CRUCIS, praeter illa communia omnibus, restitutiones, pacificationes, restituciones, excommunicationes, terribiles homines, adiutosq. qui in carcere, vaticinario, naualibus, portuq. erant. haec pauca de singulis dicentur.

IN OPPIDO VERAE CRUCIS, migrarunt nostri in locum salubriorem, nostris numeribus magis accommodum: vbi die sacro in Virgini celebratum est primum Sacramentum in pulo confluyente, & celebritatem argente tabernaculo Genitricis, quae cum Roma allata esset, illo die collocata est in nostro templo. Aurei donati ter mille, magno nos ere alieno liberarunt. Episcopus Vallisoleitanus, & Guaxacanus amore erga nos sus paterno.

GUAXACI cum pro concione ille locus explicaretur ex Euangelij, Diligite inimicos vestros: inuictis quolibet inimicitiae cum suis sibi et stirpibus eius.

ANGELOPOLI inchoatum templum in unitate civium ad nos adiunados experrecta. Melchior Couarruuias vir clarissimus, cum elargitus esset viginti octo aureorum millia, quibus emptis sumptibus

ficiunt annuum vestigal senum millium, fundatoris
titulum & honorem accepit, magno ipsius gaudio,
& applausu civium. Ad tres classes Humanitatis
accessit Rhetoricæ. discipuli plerique nobiles. ex Col-
legio Sancti Hieronymi duodeviginti. Reddita au-
reorum millia octo, quæ non sine fraude tenebantur.
Lanificis viris (horum sunt amplius quattuor millia)
itemq. qui catenati opus exercent, impensa opera, in
soluendis eorum animis, ingenti cum fructu. Ducendus
quidam erat ad supplicium: vocavit unum e nostris.
ad quem post confessionem. Iam dicam, inquit, quid-
dam, Pater, quod si sciatur, spero fore, ut qui multis
obfui in vita, prodesse alicui possim saltim post mortem.
Fui, miser, aliquot menses in vestra Societate: et cum
meam accommodabam ad Superiorum uoluntatem, me
totum illis aperiens, felix fui. Sed Adam non diu fuit
in Paradiso. deteriorum consuetudo, & mea me, non
dicam Fortuna, sed peruersitas deiecit e mentis tran-
quillitate, qua fruebar. utebar nempe unius familia-
ritate, qui cum contemptim dictitaret, unam aut
alteram legem posse violari salua conscientia, e par-
uis neglectis, paulatim delapsus ad robustiorem ne-
quitiam, me perdidit. simul enim expulsus e vestro le-
ctissimo numero, cum veste non iam pudorem, quem
iam pridem amiseram, sed, ut est mihi uisum, I E-
SVM CHRISTVM exui. uirtutibus omni-
bus ianuam clausi, uitijs aperui. et huc me mea per-
duxerunt flagitia. Hæc ego tibi, tu, quæso, narra alijs.
Vsu enim compertum est, ex prioribus aliorum de-
lictis nasci exempla in posterum profutura. Sed de

H b

Guax.

Guaxacano Collegio, quod pene me fugerat, in
 superiore anno hoc etiam addendum. Episcopi et
 rogatu, Humanitatis schola haberi coepit. De
 Virgo in nostro templo, ubi eius effigies pulcherrima
 magnam uenerationem habet: in rebus difficilibus
 persape multis auxilium affert. Nuper puella
 sperata cum esset salute, ante altare adducta
 sacrificio pro eius ualetudine peracto, recuperauit
 luit. Quattuor, cum pellicibus suis matrimonio
 iuncti. Vir quidam admirabili uirtute et sancti-
 tia, cum incidisset in morbum, ex quo non
 per quietem narrauit asitisse sibi Sanctissimam
 Matrem, Thomamq. Apostolum, quos praesentis
 uore semper coluit: ab ijs se accepisse diem
 qua anima esset e corpore euolutura, praedictum
 spondit euentus. idem paulo ante discessum
 tur a se uisas daemorum cohortes, frementium
 tiumq. nec lacrimis temperantium, quod ab
 homuncionibus ex illis locis exturbarentur
 diu Diuinis honoribus fuissent affecti. Immo
 pitum audiuerunt uiri feminaeq. complures: quos
 eum, quem dicimus, confugissent, timore perterriti
 Confidite, inquit ille: nam mali hostes dant pau-
 mentia sua. Dominicis diebus ad uicina loca
 ritur. illud non tacendum: finitimos duos populos
 inter se acerrimis odijs, armisq. certabant, et
 nonnumquam vulnera, et crebro uadimonia in
 non sine magna impensa: nostrorum tandem
 concordiam et pacem redisse.

SEDES. PASCVARENSIS. ET
Manillana.

PASCVARYM est ciuitas Mexicanae Pro-
uinciae nobilissima, Hispanorum cultu & mul-
tarum gentium nobilitata commercijs. Nostrorum
praecipuus in indigenas labor. et est operae pretium.
extruuntur valetudinaria. parata sunt aegrotis fomē-
ta, pauperibus auxilia, afflictis solatia, defunctis se-
pulcra. ipsi autem ita diligentes Sacramentorum, vt
viuentes propemodum omnes ijs crebro vtantur: si-
ne extremis, etiam e pueris, nemo moriatur. nam te-
nere similiter aetas est vsurpanda. Eucharistiae cupi-
dissima. Declarabitur exemplo. Puella vix septimum
annum ingressa, morti proxima obsecrabat sacerdo-
tem unum e nostris, vt sibi eius voluntate communi-
care liceret. illo, quod respiceret eius aetatem, siue vt
augeret desiderium, aliud agente, preces iterabat. ne-
gante, instabat vehementius. quarenti causam, cur id
tantopere flagitaret. Vidi, inquit, superiore nocte mu-
lierem praecellentissima forma: vnus erat ei comes,
magnam ipse quoque maiestatem praese ferens, tum
dignitate alia corporis, tum ipsa senecta, ipsa me, Sa-
crum vt Viaticum sumerem, admonuit: triduo videli-
cei meo cum patre (et pater letifero morbo erat af-
fectus) migraturam. Morem gessit sacerdos. puella eo
ipso, quo praenuntiauerat die, eadem hora cum patre
decessit. Ad confessionem quidam excitatus hoc som-
nio. Fœdum videt atque atrox spectaculum, magnam

H h 2 cater-

cateruam demonum truculento vultu atque
 oculis, qui in loco tetro ac formidoloso miseris
 dam homines prostratos verberibus, laniatis
 uulsoq. lacerarent omnibus supplicijs, qui
 possunt vlla corpora. cum in eum, qui hac
 violentas intentarent manus, experrectus est
 nimatus. In quiete postera noctis confinis
 in excelsa quodam monte, vbi argentei visibiles
 nes multarum arborum vmbra & proceritate
 nissima. In medio, domus Regia aureum tollebat
 gium: aureis columnis aurea tecta sustinebat
 lidata inuua lapidibus pretiosis quibus non
 tur, sed augebatur fulgor auri. ipsa patebat
 seruabant viri duo, qui aureos habebant tor
 stem sericam, auro distinctam, & manicat
 adornatas gemmis. Hi ferentem hominem pro
 oculos, ac propius accedentem, nisi prius ap
 dotem illum (et nominabant) peccata confite
 dixerunt esse prohibendum ingressu. Hoc v
 tum ipsi vtile, tum incundum alijs, cum nar
 In concione numeres plerumque senos mille
 techismi auditores frequentes. Summa erga
 omnium benevolentia. quorum hortatu Sola
 dua in altercatione longius progressa, veter
 fuerunt contentionem de principatu. Vener
 mutata cum inuocatione Beatae Virginis. et
 nium illa erga suos clientes rebus affirmat. N
 templo est ipsius effigies, ad cuius, quam fecit
 Beatus Lucas scriptor Euangeliorum, exempl
 eta. Succumbam oneri, si fusius explicare ager
 qu

qua
 meo
 mini
 catio
 secun
 admo
 nem
 diffu
 mina
 mio p
 nos
 vt ab
 tum
 tur.
 ria S
 alij i
 pauc
 bus,
 latu
 Et si
 nica
 Virg
 Erap
 bare
 rape
 dies
 puer
 nes
 In
 Qua

quæ de hac miracula celebrantur. breuiter aliqua
meo more percensebo. Aegrotum cui nulla ab ho-
minibus spes vitæ, admonebat sacerdos, vt votis pre-
cationibusq; fatigaret Sanctissimam Virginem, a qua
secundum Deum, est hominum salus. facit quod erat
admonitus. consopitur somno. uidet se in opacum duci
nemus, quod dispositæ in ordinem arbores, patulisq;
diffusæ ramis, ostendebant voluptati dicatum. hic fe-
minam conspicit eximia pulchritudine, in cuius gre-
mio puer consimili specie. par eius exemplum in æde
nostra. hæc inter tam dulci deuinctus est voluptate,
vt absterisa omni tristitia, ubi solutus est somno, solu-
tum etiam se animaduertit aegritudine, qua teneba-
tur. Vix diluxerat, inuit templum, gratijsq; actis Ma-
riæ hospitali, sanum se sacerdoti miranti ostendit. Duo
alii in hospitali domo correpti erant eo morbo, e quo
pauci conualescunt. Alius, dissolutis manibus ac pedi-
bus, ueluti truncus affixus in lecto, vt non posset in-
latus se uertere, debilitate in dies inualescente. dedu-
cti sunt in templum: expiati animæ sordibus commu-
nicarunt: humiles preces fuderunt ante aram Beatæ
Virginis: nõ multo post pedibus suis salui reuerterunt.
Erat Indæ mulieri puer, quem quot nobilibus, cum cu-
barer, abripi sibi a latere sætiebat, deinde reponi, quo
raperetur ignara. ipse puer interea vitali spiritu in
dies egesto, lenta tabe properabat ad finem. huic etiã
puero a deductione in ædem, a lustralis aquæ aspersio-
ne, a comprecationibus sacris remedium quaesitum.
In ysiem miraculis hoc fortasse etiam ponendum.
Quadragesimo abhinc anno, nimirum a templo no-

stro extructo, quaedam mulier hanc asseruit
 erga Deiparam studio consuetudinem, ut quibus
 luculo ventitaret ad templum, & non nisi sacra
 nibus peractis meridie domum reuenteretur.
 riti mortem, dum non discedit ab instituto, cum
 gnus angustijs rei familiaris. admonetur ab
 consilia nimis fortasse apta ab humana sapientia
 soluat paululum antiquum morem. Neque enim
 bi, quæ desunt, sine tuo labore in summa
 Deus adiuvat facientem. Non satis confidit
 lieri quid ageret: amicorum ne, ut dicebat
 dens consilium, an priscum sequeretur
 sed sustulit dubitationem somnus. Uisa est
 cundum quietem Dei Mater, paruulum
 gerens, & admonens blande, ut de
 suetudine nihil mutaret. neque enim sibi
 eorum, quæ pertinent ad vitam, defuturum.
 porro omnem molestiam. eam sibi rem cura
 scilicet humana desunt auxilia, Diuina super
 tia. Ita etiam vsu venit viro cuidam, cui super
 tem infirmitas corporis. Huic, ut fama est
 multorum sermonibus, in consecrata Hostia
 candenti vellere agnus, modo singulari specie
 blandus apparet. Superioribus exemplis, proprie
 militudinem (etsi in quodam oppido cõtingit, quod
 excursus) apponam alterum. Dono dederat
 noster cuidam, ut haberet stimulos ad fundenda
 ces, Dei Matris imaginem: quod cum is faceret
 quodam detrectat, an obliuiscitur, sequenti nocte
 spectantibus vxore & filio, a furenti demone

pitur, tamquam ad Inferos pertrahendus. initium ille
 recitare. Symboli Apostolici. nihilo magis mitigari
 diabolus, afferens causam, quod sacerdotis spreuisset
 imperium. admonitus redit in memoriam imaginis,
 quam acceperat: expromit, exosculatur, addit preces.
 nec sine effectu. eam imaginem demon perferre visu
 non tolerauit: celeri fuga sese proripuit, scintillas
 relinquens & sulphur fœda corporis vestigia. et si in
 altera excursionem (fuerunt autem ad diuersa oppida
 utroque anno plures) quoddam visum in honorem
 pudicitie ostensum. Mulier, castitatis seruanda. affe-
 cto corpore, periculose egrotabat: cumq; expectaret
 sacerdotem, quem accerserat, Deum, Deiq; Matrem
 implorabat, manus & supplices voces in calum ten-
 dens. animus interea alienatur a sensu, visusq; ferri
 extemplo in locum serena luce clarissimum. hic Regi
 Regem aspicit in Regia sella: circum quem Apostoli,
 aliq; Calites quamplurimi, auro purpuraq; fulgētes.
 hoc visu hilarata, & quodam hausto medicamine,
 quod ab ijs acceperat, recreata, ubi ad se redijt, sensit
 non solum dolorem corporis, sed & defatigationem
 omnem recessisse. et fortior facta narrauit hæc præ-
 senti sacerdoti, inquirens, num laterent præstigia. et si
 non defuerunt alie, quibus tanti fuit decus & pud-
 citia, vt maluerint mulcari corpore, quam animo fœ-
 dari. vna fuit relicta pro mortua. Sed & hæc percur-
 sa: et alia eiusmodi, quia quamuis clara, obscurantur
 multitudine clariorum, breuitatis studio prætermissa.

MANILLA Philippinarum caput quem-
 admodum posteriore anno solidatis muris, auctis tur-

H b 4 ribus,

ribus, propugnaculis additis, tutior facta
 hostes externos. ita, cum vir quidam nobilis
 citus templum nobis extructurum e lapidibus
 in his locis) & daturum viginti aureorum
 Collegio fundando: spes est fore, ut pietate
 in posterum, alijs siue adducendis ad fidem, aut
 abducendis a peccandi licentia, melior fiat, et
 que aliquo modo prestitum hoc etiam anno
 nonnulli mutati in melius, & octo Japoni
 cœtum Christianum, sollempni ornatu parat
 zati, & sacro Chrismate confirmati ab
 Quamquam, ut suum cuique reddatur, hic
 tus Gabrielis, qui Meaci est eruditus a nobis
 enim eos omnes, cum ad hunc portum
 eadem naui, & disputando, & eorum super
 conuellendo, felici navigatione conuertit.